

Johann Festing

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Festingius, Ad
Disputationes Circulares Sub Dnn. Professoribus Solenniter habendas,
Studiosam Iuventutem; nec non ad benevole audiendas, Omnes Omnium
Ordinum Cives Academicos Ac Literatos ea qua par est affectione & humanitate
hortatur ac invitat : [P.P. Sub Sigillo Rectoratus Dom. XIII. Trinit. A. MDCXC.]**

Rostochi[i]: Wepplingius, [1690]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742473406>

Druck Freier  Zugang





T. 515.¹³

A-1257(1) t.

Fr. 1690.

PROGRAMMA
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOHANNES FE-
STINGIUS,
AD
DISPUTATIO-
NES CIRCULARES
SUB
DNN. PROFESSORIBUS

Solenniter habendas,
STUDIOSAM JUVENTUTEM;
nec non ad
benevolè audiendas,
OMNES OMNIUM ORDINUM CIVES
ACADEMICOS AC LITERATOS
eâ qvâ par est affectione & humanitate hortatur
ac invitat.



RostochI, Typis JOH. WEPPLINGII, Acad. Typogr.

M-1257(1)



Rduum munus esse magnumq; onus, suscipere atq; profiteri se gesturum fore publicæ salutis curam; id diu non immerito professus sum, & hodie circa imminentem (per Dei gratiam) Rectoratus finem maximè profiteor. Evidem non fui nescius, qvàm oporteat esse plenum & instructum exquisita rerum experientia, si quis velit regere rem publicam, augere ipsam tranquillitatis atq; incrementi fiducia, & fo vere spem bonorum, qvam à magistratu sibi haud incertam postulant. Probè onus visum est, qvod in munere splendido cuivis magistratui imponitur. Bellum dulce inexpertis. Sic ornementum ex auro etiam & diademate oculos in ornato saltē imperito facit comites cum lætitia & blanditiis: ad blandiuntur oraq; ac lumina. Nimirum hactenus enim nescit, auri radios urere amatorem, ut qvandoq; anhelare sub illius amplexu ipsum oporteat. Sanè etiamsi in literarum studiis hoc magnopere ac fatis inculcatum sit, plus oneris qvàm splendoris inesse magistratui: tamen non ex lectis tantum exemplis, sed ipso rerum usu istud edocitus sum. Enimvero jam plures per annos adhæseram eorum lateribus, quibus oneris istiusmodi gravitas querulas solenniter expressit voces. Nec sine causa questi sunt, quos sapientis malis oneratos fuisse magis nos alii, qvàm ipsi, cognovimus. Sileo eorum sudores atq; tædia; hæc enim mens ipsa magis sentit quæ patitur: Sileo steriles curas, quas impendisse ægrius fert qui intendit: Sileo publica pericula, quæ in eos primos irruisse visa sunt: Id tamen non prætero, qvòd tacita odia contraxerint, ubi autores tuci erant; qvod his laborare horum nesci

nescii coacti sint, ubi ceteri, qui fecerant, excusabantur. Verum enim yero testor fidem vestram atque conscientiam, Cives optimi! quibus ego temporibus sceptra coactus sum apprehendere? Arduum munus subii magnamque onus, qui mediis in tempestatibus, ubi quassata velut rate vectus ipse horrebam, cursum tamen regere iussus sum. Heu! quemadmodum non tuerunt tacita vota inter tot tantaque mala pro salute Academiae! Sed prorsus ipse convenientia verba reperiebam, quae sua inter pericula ex

Poëta fecerat;

Verba miser frustra non proficiencia perdo:

Ipsa graves spargunt ora loquentis aquæ.

Terribilisq; Notus jactat mea dicta; precesq;

Ad quos mittuntur, non sinit ire Deos.

Ergo idem venti, ne causa ladar in una,

Velag, nescio quo, votaque nostra ferunt.

Me miserum, quanti montes vobduntur aquarum!

Jam jam tacturos sidera summa putes.

Quante diducto subisdunt æquore valles!

Jam jam tacturas Tartara nigra putes.

Quocunq; assicias, nihil est nisi pontus & aëris;

Fluctibus hic tumidis, nubibus ille minax.

Inter utrumq; fremunt immanni turbâne venti.

Nescit, cui domino pareat, unda maris.

Rector in incerto est: nec quid fugiatve petatur.

Invenit. Ambiguis ars stupet ipsam alis.

Scilicet occidimus, nec spes nisi vana salutis:

Dumq; loqvor, vultus obruit orameos.

Opprimet hanc animam fluctus; frustaque precanti

Ore necaturas accipiemus aquas.

Tristis diu facies dulcissimi Roseti fuerat: Videre nobis videbamus marcidam purpuram, quam regia pulcritudo orbi ostentarat gloriam. Sic miseriaram luditur fabula. Aberat animorum tranquillitas, cum premeret subita duræ sortis conditio:

Cognoscebatur vix sine suspicione posse esse gaudium, quod
creberimè resolvitur in lacrymas. Lugebat gens docta, qvæ
sub spiramine rostarum odorifero tot ceperat delicias: disperi-
bat oculorum voluptas, omniumq; corda in mœstiam flecte-
bantur. Funeris diu nostrum erat Rosetum: Indeq; nobis
in immane difficultatum pelagus delatis quid non metuendum,
ubitantâ requie solutâ in altis hærebamus periculis, nostræq; vi-
res in morte ac discessu tantorum præstantiumq; virorum di-
minutæ erant? Tristabatur nostra mens: nam VARENII
cineres cogitabamus. Qvis nescit omnium gemitus, qui bene cu-
pidi nostræ felicitatis dira prælagiebant ex talilapsu Academiæ
& infusa Ecclesiæ? Illachrymabatur Ecclesia, tristabatur A-
cademia, quia in Varenio suo amiserant veritatis præconem,
doctorem ac defensorem strenuum, Theologum consumma-
tissimum, cuius autoritatem, sapientiam, scientiam & admiranda
dona venerabantur boni, reformidabant mali. At, at, in-
ter singultus novæ soboriebantur lacrymæ. Mortuus erat
DOBELIUS, egregium decus Academiæ! Deprædicat fa-
ma publica Viri gloriæ partam ab experientia medica & do-
ctrina elegantiori, unde utilitas redundabat maxima in rem-
publicam & juventutem. Omnes certè qvotquot novi fer-
venti studio expetebant tanti Professoris operam, præter eos,
qui ignorabant literas eleganter, aut abjecti despiciebant phy-
sicas mathematicasq; curiositates: hi sunt barbari, quales proh!
hodie reperiuntur plurimi. Verum enim verò elatus erat pau-
lò post AMSELIUS, Vir practicâ prudentiâ consiliorumq; ple-
nitudine ac experientiâ clarissimus, quem secutus COBABUS non
exiguæ famæ Theologus, Imò auxerat ante hunc funera celeber-
rimorum Virorum SIRICIUS, cuius hic fermè eadem ratio ali-
quantum fuerat, quæ olim apud Lugdunenses Scaligeri, ut au-
ctoritate suâ prodeisset Academiæ. Dein vitâ hominum discesser-
rat BACMEISTERUS, Vir si qvis alius in arte medicâ celeberrimus,
cujus sola fama poterat ægrotis polliceri fiduciam. Hunc
comitatus erat DRINGENBERGIUS Philologus elegantissimus,
in qvô omnes docti Nasonis fluidam Poësin, salesque & a-
cumen, Romanamque Latinæ Linguæ puritatem animadver-
terant

verterat. O duram temporum illorum conditionem! Non
sine gravissimis doloribus nostris extinctus erat Medicus expe-
rientissimus WURDIGIUS, Vir sempiternā laudē dignissimus,
genuinum probitatis exemplum, qui cum neminem unquam læ-
serat, veniam tamen per interpretēm petitā, ultimum nobis solen-
niter congregatis Vale dici curavit non sine lacrymis nostris in
tristissimo lugentibus acerrimae illius jacturā nuncio. Sed neq;
hic terminus fuerat, ubi sisteretur meritissimorum Professorum
abitus. Quin potius ipsa etiam hæc vita invidere visa erat opti-
mos, qui suis in Facultatibus plurimum poterant prodesse Aca-
demiae. Evocatus erat ad inclytam Lubecensium Civitatem R.A.
DOVILIS, cuius merita ipsi hodienum laudant Nobilissimi Sta-
tus Meklenburgici, non nescii, qualem experti sint Virum præ-
ctica insignem prudentia celebratissimumq;. Hunc secuti erant
SWANTENIUS & SELIGMANNUS non ignota inter litera-
tos nomina, qvorum industria iis in laboribus eminuit, unde
humaniorum literarum & Philosophiæ studia augmentum capie-
bant luculentissimum. Sic maxima Academiae mala satis recen-
suisse existimo, dum recensui tantorum Professorum mortem
abitumq;. Etenim, quis non credebat hanc famam tantæ jacturæ,
qua intra tantillum temporis spatiū tota affecti sumus, percre-
buisse per orbem literarium? Certè nec diffitemur ipsi, &
facile animadvertisimus, si novos successores substituat Pa-
tronorum cura, plerumq; nisi eos, qui innotierunt, viros
substituat, solere qvandam esse cunctationem, ut prius
expiscentur novorum mores, doctrinam & assiduam diligentia-
m.. Hic autem nisi propriam accusare culpam voluerimus,
qvantis non impedimentis nos irretitos ac subsidiis destitutos
fuisse merito confitendum est? qva tamen in re silentio præ-
terimus nostra infortunia, quæ eō tempore imminentis oneris,
ex tumultu plebis contra studiosam Juventutem aucta erant.
Qvantus inde rumor aliis in locis percrebuerit non tuti hujus
loci, satis comperti sumus, satisq; tunc in facie aliquorum lege-
bamus indicia, unde colligere licebat, quali studio promoturi
forent commodum Academiae, cum alio pervenissent, & lauda-
turi Civitatis gratiam.. Sed gravissimum malum & summum
qvali

quasi tempestatis periculum videbatur, quod in cognitis aliis
controversiis gravissimis non nostra tantum Academia sed vi-
cini etiam alii boni deplorabant, alii vero e longinquo cum ex-
spectatione perniciei prospectabant nostrae salutis invidi. Haec
causae fuerunt, ut tandem imis in angulis occludere maluissem
oculos quam intueri tanta pericula tanta naufragia h. e. Acade-
miae decrementa. Facile Rector navis arguitur, cum procel-
lae, fluctus subsiderint: Sed in ipsis periculis consilium capere,
id certum cernitur periculum. Non perinde dijudicari po-
test (ut habetur in verbis Taciti) quod optimum factu fuerit,
quam pessimum fuisse quod factum est. Proinde maluissem
nautis navim & pericula committere, measq; arare literas, in
quibus labores certi sunt, certa pericula, certa remedia. In hac
terra firmiter pedes figere datum est: Nec spes deficit; quae in
mobilis mari nulla est, si tonitrua immineant, si procellosa
mala commimentur naufragia. Veruntamen licet onus
sit, quod magistratui imponitur, omnisq; prudens facile
honores renuat: nihilominus tamen humeros subtrahere lex
societatis prohibuit & oblatis renunciare publicae impedit utili-
tatis causa. Evidem quibus adjutoribus magnis in negotiis
opus erat, iis haec tenus nec omnino tamen me orbatum foro
animadverteram, cursumq; prosperiorem ominabar, ubi pro-
spexisse multa serenioris coeli indicia vissus fueram. Memineram
quod habuisset adjutores suos Augustus in bellicis rebus Agrip-
pam in togatis Moeценатем, habuisset Alexander Parmenionem
& Clitum: Q[uo]d circa potior mihi spes erat, qui non eadem pe-
ricula, non easdem difficultates, non pares ausus, non tantam
molem imperii aggrediebar & recreabar tamen adjumento tam
præclaro, tam salutari, tam plenissimo. Reliquum mihi enim
constitutum erat Concilium Virorum, qui pietate, prudentia, ju-
stitia insignes: qui mecum fidâ in charitate per tot annos posue-
rant tanta amicitiae fundamenta, tantaque consiliorum publicè
ostenderant experimenta. Inter haec certè magnis in præconiis
extollenda apparebant Serenissimorum Ducum Meclenburgi-
corum consilia magnæq; clementiae argumenta, quibus quantum
cordi ipsis esset haec nostra Academia ejusq; salus, pax, ac nostra
tran-

tranquillitas, luculentissimè patefactum est. Quis nescit Serenissimi Ducis CHRISTIANI LUDOVICI seria mandata, ut illi omnes qui spem habere velint adipiscendorum munerum Ecclesiasticorum, prius in hac Academia Doctores diligenter audiant, ab iisq; deum testimoniis instructi petitum veniant? Tum verò Serenissimi Ducis GUSTAVI ADOLPHI singularis cura in restituendis quæ Academia perpessa erat damnis, abunde innotesceret & laudabatur: quam nec renalisit Dux sapientissimus donec Celebratissimum in Ecclesia Christi Theologum Durlachio ad se suamq; Academiam traxerit. Sed numerus etiam tunc inter Theologos, Jurisconsultos & Medicos auctus erat; ubi quò magis celebratissimi exticti erant, eò magis laudabili ænulatione coadunatisq; viribus laborare omnes velle existimabantur. Nec minus præsidium illuc escerbat contra plebis tumultum, quam repressit tot rescriptorum Principalium gravitas, ipsaque Serenissimi Ducis tanta præsentia suppressisset cum dolore ejus, nisi queritari potius quam competenti loco & tempore debitoque modo & consilio causam agere maluerent. Gratia & humillimā memoriam veneramur summam clementiam, quam tanto in aspectu Celsitudinis hic omnes recreati sumus; nec minus recolimus rescripta Serenissimorum, quibus nobis spes amplior facta est ut componerentur dissidia. Et quas non ego submissis gratiis laudes dicam, cui celissima benignitas specialiter expressis literis hinc memoriam felicis Rectoratus annunciat futuramq; voluit quam clementissimè? Evidem hic omnia facile secundum iusta & consilia Superiorum componenda credebamus, ipseq; aliquando videri poteram, qui ad clavum hujus reipublicæ sedere iussus sum, peti modis haud dissimilibus cum Palinuro. Adeò subsidere nonnunquam fluctus videbantur, ubi has loquelas audivisse putaveram:

Ferunt ipsa æqua classem:
Æquata spirant aure: datur hora quieti:
Pone caput fessosq; oculos furare labore.

Attamen vix placidum conspicatus cœlum, cursu parum felicitatus, in dissensionum & inde orientium difficultatum perplexitate quid aliud cogitare debueram quam sicut ille fatus est:

Mene

*Mene salis placidi vultum fluctusq; quietos
Ignorare jubes? mene huic confidere monstro?*

O variam cœli faciem! O incertas tempestatum blanditias, quas inter tot nobis nondum opinantibus labores nati sunt! Unde novis ac quotidianis fermè subsidiis, majoriq; ope, qvā dispellerentur, opus visum est. Fortunamne hanc accusem nostram, an excusandam dixerim? Saltem nimium non confisi cœlo & pelago sereno, clavum affixi & hærentes musquam amissimus, oculosq; sub astra tenuimus indefessos: necdum per DEI gratiam tempestatis vis

cum puppis parte revulsa

Cumq; gubernaculo liquidas projectit in undas

Præcipitem ac sœcios nequicquam sæpe vocantem.

Certè facilis præsentia est crudelis gentis quæ ferro invadit & prædam non ignara Capit: Heu durum genus ex sylvis Cyclopum, Etnæi frates, horrendum concilium! Quæ non impedimenta sæpen numero obveniunt boni consilii, cuius eventus absolvi nèquit nisi beneficio felicitatis? Scilicet est omnino iniquum, sicut ait Plinius, sed usū receptum, qvod honesta consilia vel turpia, prout malè aut prosperè cedunt, ita vel probantur vel reprehenduntur. Quapropter lætis nostris vaticiniis non vanitatem minus quam consiliis inanitatem exprobare aliqui forsan iiq; haud pauci ausuri fuerant. idq; magis adeo qvo magis saepius invidia bonos suggillare solita est. Quo ipso in malo durum imminere ferrum videri potuerat & metuenda deprædatio non immerito inhumanissima. At vero optimum sanè fuit præsidium, quòd blanda sit sperandi pro se cuique dulcedo: unde credula eò magis spes fuit, quia ipsa pietas sperare jussérat. Itmò sublimes summa ab unda exoptatum portum prospicere nobis videbamur, ubi quiscere posset nostra cura, nostraq; navicula. His accedit qvod eleganter Isidorus Pelusiota innuit, cum homines laudandos putat non ab eventu, sed ab animi instituto & voluntate res ponderandas, ac sæpenumerò eos, qui victi esse videntur, laude & prædicatione efféndos esse, eò qvod nihil eorum quæ facienda erant, prætermisissent, etiamsi ab instituto suo aberraverint. Verùmquò vergit oratio

oratio? Ecce subinde prospicimus nostram fortunam nostramq;
propius speramus tranquillitatem. Et quare non? cum cura re-
ligionis, quæ maxima prorsus unicuiq; bono Principi & in regulis
boni regiminis prima ponitur, id promittere videatur, facilisq;ve
eventus appareat, si potentior sapientia ex paratis aliorum con-
siliis aut antiquis exemplis jubeat. O felices Principes, qui pie-
tati student & augmentum gloriae divinae in seminariis
conservandum cogitant! Certè nostrarum partium est piis
precibus Deo T. O. M. commendare inter tot & tantos motus
Imperii interq; tristissimos casus hominum nostrarum provinci-
arum tranquillitatem, incrementum, indeq; læta Serenissimo-
rum Ducum pronaq; in nostris necessitatibus consilia. Heu! quo-
modò non tardè aliquando procedit sapientia, dum multitudine
ac varietate rerum distrahitur, & violenta irruunt! At lætiùs
prospicit, ubi serena pax terras recreat, ubi pietate ducitur nec
dura necessitate dimovetur animus, ubi non tetrici motus,
non tristissimi casus Ecclesiam circumeunt, rempubl. turbant;
nec velut terra modò purganda sed sementis facienda est. Pacis
nostræ nostræq; tranquillitatis & salutis consilia facta sunt; Faxit
DEUS Optimus Maximus ut feliciter procedant! Imò maxima
virtus est per quam pluribus ex malis aliquis emerget: quare
eò major gloria censenda erit, quò fortiori efficaciâ Serenissi-
morum virtus inter tot motus inq; tantis malis nos servaverit.
Verum enim verò sicut solent etiam consilia boni Academicorum ab
iis maximè proficiunt, quorum vita omnis studiis destinata est &
qui Academicorum amant domicilia: imò sicut facile causas
incrementi aut decrementi inde deprehendunt multas, unde
aliis etiam Academicis aliquando vel bene vel male fuit, nec non
quotidianis instruuntur experimentis; ita maximè laborare de-
bet, quò ipsi nihil neglexisse videantur quod Academæ prodesse
queat. Quapropter cum officii moneat ratio, ne omnino sile-
ant Professorum studia, sed innotescant; promptissima prorsus
laudanda erunt consilia, quibus omnes qui Doctorum publico-
rum funguntur munere, suis in partibus luculentissimè contu-
lerunt, quod Academæ exindeq; Ecclesiæ & Reipublicæ prosit
quodq; intermissum esse non meminimus, nisi ubi delitesce-

B

re

re sine ullo specimine ac nullis publicis studiis innocentere voluerunt juvenes. Non magis quodquam præceptum visum fuit, quam publicis & privatis Lectionibus satisfecisse honestis desideriis. Hic certè inter Theologos scripturæ sacræ autoritatem contra cuncta explorare omnis ævi hæreticorum dubia, versari veluti in ipsa primitiva Ecclesia, & novissimas hæreses fugientas noscere licuit. Inter Jurisconsultos publici & privati juris materias haurire potuerunt, imò praxin judicariam experiri: & quas non omnes partes obtulerunt Professores studiis propensissimis? Medici suam demonstrarunt industriam, eamq; comprobavit uberior solito Studiosorum numerus. Nec minus in Philosophicis prospectum esse potuit, ubi in Hebraicis non levi illo, ut vocat Scioppius, & perfunctio linguae hujus studio (dum scilicet in conjugationum & declinationum ceterarumq; Grammaticæ partium mediocri cognitione, Radicum Biblicarum investigatione, & communiorum vocabulorum intelligentia A. & Ω, prora & puppis ejus ponitur) contenti esse debuerunt ingenui juvenes; sed de plenaria & exacta ejus notitia, de lingua Chaldaea in Targumim, studio Rabbinico, Maforethico, ac Talmudico, maximè sibi ab Theologis (quorum valde proprium id studium est) subsidia exspectare potuerunt hodieq; auctiora habere poterunt. Poëseos Professorē pauci extunt docendæ arti in Academiis; sed eundem ubi literarū humaniorum peritum, Eloquentia simul & Græca lingua sufficientem (cum hæc studia conjuncta merito aestimentur) habuerit Academia; his Professionibus uno etiam in Viro satis idonee prospctum erit, sicut nostræ Academiæ adhuc prospectum est. Moralis Philosophia abs Theologo hie etiam loci magna incrementa cepit, & magnis id præconis alibi etiam laudatum est: potuitq; pariter Politices studium vigori suo restitutum esse, cum in Facultate adhuc Juridica vigeat qui plures per annos illud publicè professus est. Historiarum deniq; causa vel ad Theologos vel ad Jurispublici Doctores pertinet, vel in Politicis magnisit, vel ceteris in disciplinis simul inculcatur, & consiliis promovetur optimè. Physicas curiositates audiverunt studiosi abs Medico experientissimo; & Mathematica non minus studia ab eo probè incho-

inchoata libentes promovebimus, qui in agris practice demon-
strare nec aliis obrutus negotiis magis commode, explicare
poterit. Logices & Metaphysices, prout hodiè illud studium est,
proventum tempus omne attulit; Ars a. disserendi & ratiocinandi
elegantior in aliis materiis ostensa est. Interea vero quid de Exer-
citiis disputationum dicendum est? Miramur quidem non im-
merito, adeo cæcos esse jurisprudentia studioſos, ut rationes pro
hac disputationum utilitate læpius videre: tam surdos, ut audi-
re nolint. Quomodo a. non patet tanta utilitas? ubi votorum
dissensio in judiciis & consiliis nihil aliud est quam disputatio:
quales haec nostræ Academicæ sunt, si recte institutæ, si non inter-
strepido clamoribus potius impleatur auditorium quam ve-
rū explicetur eruditio[n]is negotium. In quos commode ali-
quando detorquetur illud Martialis quod est ad Nævolum
Caussidicum lib. 1. epigr. 98.

Cum clamant omnes; loqueris tu, Nævole, tantum,

Et te patronum; caussidicuraq; putas.

Hac ratione potest nemo non esse disertus.

Ecce tacent omnes; Nævole, dic aliquid.

At vero inter Theologiaz ac Philosophiaz Studiosos (ubi illorum
opus est hereticorum virus refellere, nec non in horum ore illud
verlatur perspicue & distincte percipere, quod ex dubitatione oritur)
quare tantopere abhorreant ab argumentorum istiusmodi
collationibus, nulla excusandi ratio est. Remedia in aliis
Academiis sunt familiaria, quibus orbi eruditio innescunt.
Professores, varia nempe scripta, elegantioresq; tractationes:
ubi haud diffiteri possumus hujus Academicæ morbos, ex qua
aliqvandi post Theologicas quasdam paucæ Juridicæ, una
ferme aut duæ Medicæ, nec plures Philosophicæ prolatæ sunt.
Multoties sanè questi sumus, quod abesse ab hac cathedra
tamdiu coacti sumus, cuius in ascepsu memoria obvenit tan-
ta doctrinæ que ab antiquitate inde ad nostra haec tempora
propagata est. Nimurum haec enim cogitatio calcar addit,
mentemq; excitat: maximè, cum Professori non minima pars
desiderii sit quotidie velle in doctorum censu loqui. Dulce est
musarum consortium, cuius augetur pretium, ubi audire coram
& doctri-

& doctrinæ opes volvere" cara dat fortuna... Tum è contrario
tristis facies Academiæ est , ubi inania fermè & sine fructu pro-
fessionum nomina. Heu! quoties monuimus meliora! Ubi
nostra fortuna hæc talis fuit:


Sed nec proficimus querulis bis vocibus bilum;

Narrantur surdis auribus ista diu.

Felicia hinc itidem exeuntis hujus Rectoratus videntur tempo-
ra, ubi promta cernitur Professorum industria & *disputationis*
circularium parantur exercitia... Has (sicuti jubentur
in veteribus statutis) utiles reputavimus admodum, cum Lectio-
nibus nonnunquam obstat aliqua ratio & Typographus ad
certum numerum exemplarum singulis nobis sine nostris aut
Respondentium impensis suam operam præstare jussus sit. Sic
spem enim cepimus fore ut in Academia ex his Professorum
studiis promoveatur Juventutis commodum & in felicitate ju-
ventutis crescat salus Academiæ: maximè, cum hac ratione pro-
pensiona nostra exhortandi magis & opem ferendi non latebunt
consilia. Nos certè nulli dubitamus, quin optimorum Ante-
cessorum firma tali inre sit futura sententia in consiliis dicta &
ubiq; approbata, omnesq; facilè sua studia pro bono publico
collaturi sint, ut, quodquod tale propositum nunc ostenditur,
ex ipsis progressus habeat luculentissimos. Vos autem quotquot
adestis, amantissimi literarum artiumq; cultores! diligenti-
ssimè studiis incumbite, & hanc propensionem vestrorum
Antecessorum gratissimis custodire animis nitimini. Avobis
spes nostra pendet non minima. Non magnus Academicorum,
sed studiosorum selectus numerus gloriae palmam parat A-
cademiis. Adeste vos frequentes Respondentes, Opponentes,
atq; Auditores vestris Professoribus; in habendis his, quæ of-
feruntur, nec non edendis aliis selectis disputationibus, conferte
studia. Qvibus omnibus quin Cives O. O. splendidissimi suo
favore & amore pro Academiæ commodis promovendis ani-
mos addituri sint, nulli unquam dubitamus, & ut præsentia suæ
actus hosce disputationis exornare velint, invitamus
quām humanissimè. P. P. Sub Sigillo Rectoratus

Dom. XIII. Trinit. A. MDC XC.

os(o)so



inchoata lubentes prōmovere bimus, qui in ag-
strare nec aliis obrutus negotiis magis co-
poterit. Logices & Metaphysices, prout hoc
proventū tempus omne attruit; Ars a. differe-
elegantior in aliis materiis ostensa est. Inter-
citus disputationum dicendum est? Miram
merito, adeo cæcos esse jurisprudentiæ studi-
hac disputationum utilitate læpius videre: t-
re nolint. Quomodo a. non patet tanta u-
dissensio in judiciis & consiliis nihil aliad e-
quales hæ nostræ Academicæ sunt, si rectè in-
strependo clamoribus potius impleatur au-
rùm explicetur eruditionis negotium. In
quando detorquetur illud Martialis quo
Gaussidicum lib. 1. epigr. 98.


Cum clamant omnes; loqueris tu, Næ

Et te patronum; gaussidicuring, pu

Hac ratione potest nemo non esse dif

Ecce tacent omnes; Nævole, dic

At verò inter Theologiaz ac Philosophiaz Stu-
opus est hereticorum virus refellere, nec non
verlatur perspicue & distincte percipere, quod e-
quare tantopere abhorreant ab argumen-
collationibus, nulla excusandi ratio est.
Academii sunt familiaria, quibus orbi e-
Professores, varia nempe scripta, eleganti-
ubi haud diffiteri possumus hujus Academ-
aliquandiu post Theologicas quasdam pa-
fermè aut duæ Medicæ, nec plures Philos-
Multoties sanè questi sumus, quod abes-
tamdiu coacti sumus, cuius in ascessu me-
tæ doctrinæ qua ab antiquitate inde ad r-
propagata est. Nimirum hæc enim co-
mentemq; excitat: maximè, cum Professor
desiderii sit quotidie velle in doctorum ce-
musarum consortium, cuius augetur pretiu-



Patch Reference number on UTT

Image Engineering Scan Reference Chart TE33 Serial No.

emon-
plicare
um est,
inandi
Exer-
on im-
es pro
taudi-
torum
itatio :
inter-
un ve-
dè ali-
volum

lorum
e illud
oritur)
simedi
n aliis
escunt
tiones:
ex qua
, una
e sunt.
thedra
it tan-
tempora
addit,
ia pars
olce est
coram
doctri-